

Johann Lauremberg

**Rector Academiae Rostochiensis Joannes Laurembergius Phil. & Med. D. Ad  
Exsequias Quas ... Foeminae Euphrosynae ... Vir, Dn. M. Petrus Sassius, Logices  
Professor meritissimus, Uxori desideratissimae, & liberi moerentes matri parant,  
cohonestandas, Omnes omnium ordinum cives Academicos amanter & officiose  
invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777520583>

Druck Freier  Zugang



Lauremberg, J.,  
in **E. Hagemester**,  
uxor. P. Sass.

R. 1620.

77-















RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
JOANNES LAUREMBERGIUS  
Phil. & Med. D.

Ad Exsequias

*Quas*

LAVDATISSIMÆ FOEMINÆ  
EUPHROSYNÆ

*Clarissimus & Præstantissimus Vir,*  
DN. M. PETRUS SASSIUS,  
Logices Professor meritissimus,

*Uxori desideratissimæ, & liberi mœrentes  
matri parant, cohonestandas,*

Omnes omnium ordinum cives Academicos amanter  
& officiosè invitatur.



ROSTOCHI  
Typis exscripsit JOACHIMUS PEDANUS,  
ANNO M. DC. XX.

*Fagena pfer  
geb 26 Mai  
1584*





RECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
JOANNES  
LAUREMBERGIUS D.  
ET POESEOS PROF.



Nter epularum delicias,  
solemnesq; comessatio-  
nes Aegyptij ligneum ca-  
daver ad mortui homi-  
nis similitudinem effi-  
ctum circumferebant,  
singulisq; adspiciendum  
proponebant, acclamantes, ut in illud in-  
tuerentur, seseq; oblectarent, tales futuri  
post mortem: Aut herbarum foenive ma-  
nipulum conto suspensum inter choros &  
læta saltantium tripudia erigebant, ut spe-  
ctaculi



Et aculi hujus intuitu fragilitatis humanæ  
admonerentur convivæ, animoq; secum  
perpenderent, se herbarum ac florum in-  
star esse, qui licet aliquamdiu venustate suâ  
oculis blandiantur, mox tamen radiorum  
solarium violentiâ tacti marcescât & emo-  
riantur. Nobis non opus est ligneo quod  
intueamur simulacro, aut alligato perticæ  
fœno; dies quilibet, quævis hora, & hodi-  
erna etiam lux fragilem vitæ nostræ condi-  
tionem, & mortalitatis memoriam nobis  
recentat, ostenditq; quàm simus brevis &  
incerti ævi animalcula homines, quorum  
quantò ab ortu remotior ætas, tantò occa-  
sui & morti est propinquior. Et hæc mor-  
talis vitæ miseria eò miserior evadit, quòd  
tantillum hoc ævi quietè & sine labore  
transigere nobis non liceat, sed quòd opti-  
mum in hac vitâ, sit labor ac dolor, & quòd  
velut quotidiano morbo laborans homo,  
quamdiu vivit, desperatus ac deploratus  
videatur: corpus infirmum, rerum om-  
nium injuriæ & iniquitati obnoxium:  
mens invalida, cæca, improvida: volun-

A 2

tas



tas illustrari impatiens, ut ægri palatus,  
noxia semper appetens, & profuturis ini-  
mica miscens, sanaturo aspera & intracta-  
bilis: totus deniq; homo servus rerum,  
quarumerat Dominus. In hac ægrotatio-  
ne quantillum temporis agimus! Senectus  
vix pubescentes premit, quos dies prior  
viderat nascentes, posterior cernit effoetos  
& moribundos, adeo ut immerito repre-  
hensus videatur à Phalareo Euripides, quod  
homines appellarit *εφημέρους*. Cogit nos in  
hujus rei memoriam descendere dies præ-  
sens, quo extremum honorem persolvi-  
mus matronæ laudatissimæ EUPHROSYNAE,  
Clarissimi & præstantissimi Viri, Dn: M.  
PETRI SASSII uxori, quam mortalis in-  
doles, & impositus foemineo sexui labor  
mortalitatem coëgit deponere. Non illam  
potuit familiæ decus, nec virtus propria,  
nec virens adhuc ætas tutam præstare ab  
ijs quibus vita hominum obnoxia est, tem-  
pestatibus; sed homo nata, humanitatis  
jura persolvit. Initium autem mortalitatis  
hæc piè defuncta EUPHROSYNA cepit  
Gustro-



Gustrovij, anno 1584, die 26. Maij, parenti-  
bus honestissimis, è primaria in istâ urbe  
familia: patre BERNHARDO HAGEMEI-  
STERO, Senatorij ordinis viro: matre  
ANNA OMICHIA, feminâ honestissimâ:  
à quibus, uti & postmodum à nobilissimo  
& prudentissimo viro Dn. JOANNE SANI-  
TZIO, Senatore ejusdem Reipub. Gustro-  
viensis dignissimo, qui eam non secus ac  
ex se prognatam adamavit, ad pietatem,  
omnemq; virtutis cultum, quo muliebris  
sexus laudem & gloriam meretur, sedulo  
educta, virginalibus dotibus floruit: donec  
jam matura viro, aliquot post patris obi-  
tum annis, auspicio divini numinis, in ma-  
trimonium collocata fuit Clarissimo ac  
præstantissimo Dn. M. PETRO SASSIO,  
Logices Professori meritissimo, collegæ  
nostro honorando, Anno 1605, die 5. Fe-  
bruarij: quo cum in suavi ac concordivi-  
xit conjugio, marito jucundissima & p<sup>er</sup>sona  
rei domesticæ administratrix sedula, pie-  
tatis, castitatis ac reliquarum virtutum  
matronalium exemplum. In quo conju-

A 2

gio



gio largam Dei benedictionem tum in re familiari, tum quod donum est maximum in *Uxoria* experta, mater septem liberorum facta est, filiorum duorum, & quinque; filiarum, è quibus per Dei gratium sex adhuc supersunt. Cum verò ipsa quoque proinde ac reliqui mortales, foenum fuerit, & ut rosa intumescente calyculo, jam septimâ vice vivum germen pullularet, ecce superveniens imber ac pruina catharrica, & tussis vehementioris tempestas, florem hunc jam pleno folliculo concutere cepit, ac mox caput demittere coëgit. Quamvis autem pro temporis & conditionis ratione expertissimi Medici omnem adhibuerint diligentiam, ut pharmacis convenientibus vacillantem hujus floris caulem stabilirent, superavit tamen exaucta magis magisque tempestas, & elusit omnem medicorum operam: tandemque tussis hæc in tabem degenerans, lecto jam inde usque à festo Paschatis eam affixit. Accedentibus deinde partus laboribus, die 25. elapsi mensis Junij filiolum enixa quidem est salvum & in-



& incolumen, sed ipsa usq; adeo debilitata  
fuit, viribus morbi diuturnitate jam ante  
attritis ac prostratis, ut in crescente morbo,  
omnemq; medicinam respuente, tandem  
coacta fuerit succumbere. Phœbæam  
volucrem memorant scriptores, cum se-  
nectam exutura novus ales renasci cupit,  
casiam & staeten, aliaq; pretiosissima aro-  
mata colligere, indeq; sibi rogam exstrue-  
re, qui radijs solaribus animatus redivi-  
vam aviculam regerminat: Hæc quoq; piè  
defuncta matrona, cum morte suâ soboli  
nascenti cunabula parâda esse animadver-  
teret, è pretiosissimo, quod cœlum ac terra  
continet, thymiamate, pyram sibi exstruere  
voluit: itaq; viatico corporis ac sanguinis  
salvatoris nostri refocillata, & haustus è pu-  
rissimo Israël's fonte consolationum scate-  
bris, præeunte Reverendo & præstantissi-  
mo viro Dn. CONSTANTINO FIDLERO,  
recreata ac corroborata, senescentis mun-  
di hujus torporem & calamitates exuit,  
interq; mœstissimi mariti & liberorum am-  
plexus & gemitus in cœlestē patriam com-  
mi-



migravit 14. die Julij, intra 3. & 4. matuti-  
nam. Hujus beatissimæ matronæ exsuvia  
cùm hodie horâ media secunda ad sepultu-  
ram efferendæ sint, omnes jurisdictioni  
nostræ subjectos Academiæ cives, Profes-  
sores, Doctores, Magistros, Verbi divini  
ministros & studiosos juvenes monemus  
& exhortamur, ut ad declarandam *supra*  
erga Clarissimum virum Dn. M. PETRUM  
SASSIUM, de hac Academiæ optimè me-  
ritum & quotidie merentem, tùm etiam in  
recordationem propriæ mortalitatis, & fu-  
gacitatis vitæ humanæ, solemnia hæc fu-  
nebria suâ præsentia frequenti exornent ac  
cohonefent, in templo Divæ Virgini fa-  
cro convenient, & illud defunctæ huic  
matronæ præstent, quod omnes ac singuli  
quondam ab alijs nobis præstari opus ha-  
bebimus. P. P. Rostochij 17. Julij, Anno  
cl. Io. C. XX.





















& incolumen, sed ipsa usq; ad  
fuit, viribus morbi diuturnita  
atritis ac prostratis, ut incresece  
omnemq; medicinam respue  
coacta fuerit succumbere.  
volucrem memorant scriptor  
nectam exutura novus ales re  
casiam & stacten, aliaq; pretio  
mata colligere, indeq; sibi rog  
re, qui radijs solaribus anim  
vam a viculam regerminat: Hæ  
defuncta matrona, cum mort  
nascenti cunabula parāda esse  
teret, è pretiosissimo, quod cœ  
continet, thymiamate, pyram si  
voluit: itaq; viatico corporis a  
salvatoris nostri refocillata, &  
rissimo Israël's fonte consolatio  
bris, præeunte Reverendo & p  
mo viro Dn. CONSTANTINO  
recreata ac corroborata, senesc  
di hujus torporem & calamit  
interq; mœstissimi mariti & libe  
plexus & gemitus in cœlestē pa

